

D'accordo pel causidico.

Chi come Cicerone difese tante cause di personaggi illustri, di popoli e di re, adempie una funzione nobile.

D'accordo pure pel motteggiatore.

Dei suoi motteggi arguti fu infatti composto un libro;

e di motteggi si diletto anche Augusto.

Del resto, il Malatesta dovrebbe pur sapere che Cicerone fu inoltre dotto filosofo,

e valente uomo di

strare, que sit poetice^(a) vis aut oratorie^(b) facultas, nam neque tu indiges, cui abunde cognita sunt^(c) hec, nec vacat michi^(d) aliis studiis dedito, qui, etsi otiosissimus sim, non satis fortasse sciam. de reliquis dicam, ac de Cicerone quidem^(e) primum, de quo preclare michi cum illo convenit causidicum eum fuisse; quod genus 5 hominum in urbe omnium precipua^(f) in primis tunc habebatur, nunc nusquam turpe est. quod si hic sciat^(g) quas quantasque et^(h) populorum et regum ac⁽ⁱ⁾ maximorum quidem hominum causas egerit Cicero, non turpe iudicabit^(k) fuisse causidicum. nugatorem quoque eum fatebor ingenue, quando sibi ita placuit^(l), si 10 iocos, quos scommata aut sales appellant, brevem et acutam sententiam que furtim pungat, palam letitiam moveat^(m), nugas dicat. in quo genere abundasse eum constat, ita ut libertus eius librum ex patroni iocis texuerit⁽ⁿ⁾. nec vero Cicero tantum, sed et plurimi 15 quoque alii, ante omnes Augustus, tantus et tam doctus princeps, I his nugis suoapte ingenio delectatus est^(o). testes sunt scriptores^(p) apud quos indubitata est fides. verum fortasse^(q) nescit Karolus quantus preter hec philosophus Cicero fuerit^(r), quam certus vite magister, ut^(s) eloquentiam taceam, in qua omnes qui ante se quique post se fuerunt antecessit. legat eius libros, qui in^(t) magno pretio 20 apud doctos habentur, aut, si^(u) difficile putet^(v) multa legere, eum tantum libellum^(w) qui est de officiis videat. adiciet profecto superioribus titulis ut et philosophum aut certe philosophie doctum appellet. quod si et illud sciat^(v), quantus vir in administranda

(a) *Mur.* poetica (b) *BPRGBp* orationis *Mur.* oratoria (c) *CArMur.* c. ab. hec cognita sunt omnia V abunde cognita hec omnia sunt (d) *CRGARVMur.* nec michi vacat (e) *Mur.* primum quidem (f) *P* precipue *ArV* quod genus omnium in urbe hominum principe *Mur.* omnium principe (g) *Mur.* quid si hic sciat? (h) *Mur.* quas, quantas et (i) *RG Bp* aut (k) *Mur.* num turpe iudicabitur (l) *RG* quod sibi ita placuit *Mur.* placet (m) *Mur.* brevem et acutum sermonem qui furtim pugnati-movet *CArV* sententiam q. furt. pugnati-moveat (n) *RG Bp* sunt iterum script. *CArVMur.* sunt rerum scriptores (o) *CArVMur.* verum id fortasse (p) *CMur.* quantus preterea philosophus fuerit Cicero *ArV* Cic. fuerit (q) *CArMur.* quantus vite mag. et ut *V* ut et (r) *CArVMur.* om. in (s) *BPRGBp* om. si (t) *Mur.* putat (u) *B* eum tamen lib. (v) *CMur.* si illud sciat *ArV* quod et si

(1) Cf. M. FAB. QUINT. *Inst. orat.* VI, III, 5; MACROB. *Saturn.* II, III-XIII; VII, II, 2; III, 2. Il primo passo, come giustamente osserva lo Zabughin (p. 140 nota 77), fu sconosciuto al Nostro. (2) SUET. *Octav. Aug.* LXXXV.